

Latium per annum...

Ovid, Fasti

Sueton, Vita Augusti

28,3 Urbem neque pro maiestate imperii ornatam et inundationibus incendiisque obnoxiam excoluit adeo, ut iure sit gloriatus „marmoream se relinquere, quam latericiam accepisset“. [...]

29,1 publica opera plurima extruxit, e quibus vel praecipua: forum cum aede Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Iovis in Capitolio [...].

Augustus, res gestae

(19) Curiam [...] templumque Apollinis in Palatio cum porticibus, aedem divi Iuli, Lupercal, porticum ad circum Flaminium [...] Octaviam, pulvinar ad circum maximum, aedes in Capitolio Iovis Feretri Iovis Tonantis, aedem Quirini, aedes Minervae et Iunonis Reginae et Iovis Libertatis in Aventino, aedem Larum in summa sacra via, aedem deum Penatium in Velia, aedem Iuventatis, aedem Matris Magnae in Palatio feci.

Verg. Aen. 6, 69 f.

tum Phoebos et Triuiam solido de marmore templum / institui festosque dies de nomine Phoebi.

Horaz, carm. 1,31

Quid dedicatum poscit Apollinem
uates? Quid orat, de patera nouum
fundens liquorem? Non opimae
Sardiniae segetes feraces,

[...]

Tibull 2,5

Phoebe, fave! novus ingreditur tua templa sacerdos:

huc age cum cithara carminibusque veni.

[...]

Propert 2,31

Quaeris, cur veniam tibi tardior? aurea Phoebi

porticus a magno Caesare aperta fuit.

tantam erat in speciem Poenis digesta columnis,

inter quas Danaï femina turba senis.
hic equidem Phoebō visus mihi pulchrior ipso 5
marmoreus tacita carmen hiare lyra;
[...]

Prop. 4,6

sacra facit uates: sint ora fauentia sacris,
et cadat ante meos icta iuuenca focos.
[...]

Musa, Palatini referemus Apollinis aedem: 11
res est, Calliope, digna fauore tuo.

Caesaris in nomen ducuntur carmina: Caesar
dum canitur, quaeso, Iuppiter ipse uaces!
[...]

Actius hinc traxit Phoebus monumenta, quod eius 67
una decem uicit missa sagitta ratis.

bella satis cecini: citharam iam poscit Apollo
uictor et ad placidos exiit arma choros. 70
[...]

Ov. ars 3, 113-122

Simplicitas rudis ante fuit: nunc aurea Roma est,
Et domiti magnas possidet orbis opes.
Aspice quae nunc sunt Capitolia, quaeque fuerunt: 115
Alterius dices illa fuisse Iouis.

Curia consilio nunc est dignissima tanto,
De stipula Tatio regna tenente fuit.
Quae nunc sub Phoebō ducibusque Palatia fulgent,
Quid nisi araturis pascua bubus erant? 120

Prisca iuuent alios: ego me nunc denique natum
Gratulor: haec aetas moribus apta meis.
[...]

Ov. am 3,13 (drittletztes Gedicht) vgl. auch am 3,10

Cum mihi pomiferis coniunx foret orta Faliscis,
 moenia contigimus victa, Camille, tibi.
 casta sacerdotes Iunoni festa parabant
 et celebres ludos indigenamque bovem;
 grande morae pretium ritus cognoscere, quamvis
 difficilis clivis huc via praebet iter.

[...]

Ov. tristia 3,1-

"Missus in hanc uenio timide liber exulis urbem -
 da placidam fesso, lector amice, manum;

[...]

Cur tamen opposita uelatur ianua lauro,
 cingit et augustas arbor opaca fores? 40

Num quia perpetuos meruit domus ista triumphos,
 an quia Leucadio semper amata deo est?

[...]

Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
 ducor ad intonsi candida templa dei, 60

signa peregrinis ubi sunt alterna columnis,
 Belides et stricto barbarus ense pater,
 quaeque uiri docto ueteres cepere nouique
 pectore, lecturis inspicienda patent.

Quaerebam fratres, exceptis scilicet illis,
 quos suus optaret non genuisse pater.

Quaerentem frustra custos me sedibus illis
 praepositus sancto iussit abire loco.

Ovid, Fasti 1,1

Tempora cum causis Latium digesta per annum
 lapsaque sub terras orta que signa canam.

Excipe pacato, Caesar Germanice, voltu hoc opus [...]

Über die zeitliche Einteilung eines lateinischen Jahres und ihre Hintergründe, über das Versinken der Gestirne hinter dem Horizont und ihren erneuten Aufgang will ich dichten. Hör dir dieses Werk, Germanicus Caesar, mit gelassener Miene an [...]

fast. 2,1

Ianus habet finem. cum carmine crescit et annus:

alter ut hic mensis, sic liber alter eat.

nunc primum velis, elegi, maioribus itis:

exiguum, memini, nuper eratis opus.

ipse ego vos habui faciles in amores ministros,

cum lusit numeris prima iuventa suis.

idem sacra cano signataque tempora fastis:

ecquis ad haec illinc crederet esse viam?

Der Januar ist vorüber. Mit dem Gedicht schreitet auch das Jahr voran: Wie nun ein neuer Monat beginnt, so soll auch ein neues Buch beginnen. Nun macht euch, meine elegischen Verse, zum ersten Mal mit vollem Schwung auf den Weg: Ich erinnere mich, dass ihr noch vor kurzem nur einen schmalen Band gefüllt habt. Ich selbst habe eure bereitwillige Hilfe als Verse bei der Arbeit an den ‚Amores‘ in Anspruch genommen, als ich mir in meiner frühesten Jugend mit dem Dichten die Zeit vertrieb. Zugleich dichte ich jetzt über religiöse und im Kalender besonders hervorgehobene Festtage: Wer hätte für möglich gehalten, dass mich mein Weg von den ‚amores‘ zu diesem Werk hier führt?

fast. 6,773

quam cito venerunt Fortunae Fortis honores!

post septem luces Iunius actus erit.

ite, deam laeti Fortem celebrate, Quirites,

in Tiberis ripa munera regis habet.

pars pede, pars etiam decurrite cumba,

nec pudeat potos inde redire domum.

ferre coronatae iuvenum convivia, lintres,

multaque per medias vina bibantur aquas.

Wie schnell doch das Fest zu Ehren der Fortuna Fortis gekommen ist! In sieben Tagen wird der Juni zu Ende sein. Geht zu und feiert fröhlich die Göttin des Zufalls, Römer! Am Tiberufer steht das Geschenk, das sie vom König (Servius Tullius) bekommen hat (=ihre Tempel)! Ihr einen lauft zu Fuß los, ihr anderen fahrt mit Kähnen – heute soll sich niemand dafür schämen, betrunken nach Hause zu gehen! Bringt die junge Festgesellschaft hinüber, ihr mit Kränzen geschmückten Boote, und dort draußen auf dem Wasser sollen sie sich eine Menge Wein hinter die Binde kippen!

fast. 1,709

Ipsum nos carmen deduxit Pacis ad aram:

haec erit a mensis fine secunda dies.

frondibus Actiacis comptos redimita capillos,

Pax, ades et toto mitis in orbe mane.

dum desint hostes, desit quoque causa triumphi:

tu ducibus bello gloria maior eris.

sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma,

canteturque fera nil nisi pompa tuba.

horreat Aeneadas et primus et ultimus orbis,

siqua parum Romam terra timebat, amet.

tura, sacerdotes, Pacalibus addite flammis,

albaque perfusa victima fronte cadat;

utque domus, quae praestat eam, cum pace perennet,

ad pia propensos vota rogate deos.

Das Gedicht selbst hat uns zur Ara Pacis geführt: heute sind es noch zwei Tage bis zum Monatsende. Lass uns dein mit Lorbeer aus Actium geschmücktes Haar sehen, wiedergewonnene Pax, sei bei uns und zeige dich auch in Zukunft überall auf Erden milde. Solange es keine Feinde mehr gibt, soll es auch keinen Grund für Triumphzüge mehr geben: Du wirst den Feldherrn einen noch größeren Ruhm bescheren als der Krieg. Ein Soldat soll nur solche Waffen bei sich tragen, mit denen er sich gegnerische Waffen vom Leib halten kann, und die grausame Kriegstrompete soll nur noch beim Festumzug ertönen. Die ganze Welt, nah und fern, soll vor den Nachkommen des Aeneas erzittern; und wenn irgendein Land Rom bisher noch zu wenig gefürchtet hat, soll es Rom nun lieben. Verbrennt Weihrauch auf dem Altar der Friedensgöttin, Priester, und ein weißes Opfertier soll mit bluttriefendem Schädel zu Boden stürzen. Und dafür, dass das augusteische Geschlecht, das den Frieden spendet, selbst lange Zeit in Frieden lebt, bittet die Götter, die ein offenes Ohr für fromme Wünsche haben.